



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Genesin Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

IIII. Confeßio Abrahæ fugientis Idolatriam, & deserentis patriam in qua  
cultus idolorum defendebantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

adquiescentis & promissione & obe-  
dientis vocationi di-  
uinæ.

Præcipuarum uirtutum prime Tabula exem-  
pla in hoc principio historiæ Abraham proponun-  
tur. Ac ceteris omnibus prælucet FIDE S, quæ, ut  
inquit Epistola ad Ebræos, uocatus Abraham obedi-  
uit, ut exiret in locum, quem accepturus erat in hæ-  
reditatem, & exiuit nesciens quo ueniret. Est au-  
tem FIDE S, ut in eodem loco Epistola ad Ebræ-  
os definitur, Expectatio rerum sperandarum &  
certitudo non apparentium, seu est certus adsensus,  
quo omne uerbum Dei nobis propositum, atq; adeo  
promissionem gratuitæ reconciliationis propter  
Christum promisse amplectimur, & est fiducia, quæ  
acquiescit in Deo, petit et expectat auxilium a Deo,  
subit pericula & perfert afflictiones propter uo-  
cationem & confessionem, quam omnibus rebus hu-  
manis præponit. Sic Abraham deserta patria, paren-  
tibus, cognatis, nitens sola Dei promissione, obtém-  
perat uocationi, & se periculis, uocationem & con-  
fessionem comitantibus, exponit.

### I I I I .

CONFESSIO ABRAHÆ  
fugientis Idolatriam, & discedentis  
ex ys

*ex ijs locis, in quibus Idola defendebantur.*

Omnis creaturæ rationales obligata sunt  
Primum præceptum, quod iubet unum uerum Deum  
in uerbo patefactum, uera fide colere, & omnia  
la fugere, ut dicitur, Dominum Deum tuum ad  
bis, & illi soli seruies. Necesse est autem & con  
alijs testari nostram sententiam, & externa signa  
catione confessionem ostendere, ut dicitur: Omnis  
confessio ad salutem &c. Qui negauerit me eum  
hominibus, negabo & ego eum coram Patre in  
qui in cœlis est. Quare qui ueram doctrinam  
gnouerunt, nequaquam sua disimulatione vel  
seruatione rituum idolatricorum contraria  
doctrinæ ac confessioni facere debent. Cumque  
metu supplicij, in his locis, ubi defenduntur idola,  
ueræ non possint, tutissimum est inde discedere.  
Ecclesiæ alicui rectè sentienti palam se in exten  
professione, invocatione, & usu Sacramentorum  
adiungere. Sicut Abraham ex Ur Chaldeorum  
cessit, & Ecclesiæ Sem in Palæstina se adiunxit  
sanctissimi operis, propagandæ ueræ doctrinæ  
opprimendorum Idolorum collega & socius est.

V.

**TOLERANTIA ABR**  
*hæ in exilio.*